

- Quasi possessio non sufficit, ubi agitur de statu beneficii, & de diverso anteriori constat, ibid.
- 160 Defectus proprietatis si constat tempore presentationis aut collationis, proprietarius preferitur possessori.
- 161 Clavis (irritans) tunc suos producit effectus, & insicit possessione, quando constat obtinere in illo casu, interim tamē possessor non impeditur remedii possessoris.
- 162 Clavis (irritans) nihil operatur dummodo non constat reservationem intrare in illo beneficio de quo agitur.
- 163 Clavis (irritans) dummodo non sit verificata, non impedit manutentionem possessionis.
- 164 Jus Regium patronatus quando apparere dicetur. Regia propositio presentationis directa ordinario aliquando narrat jus patronatus regule esse motu proprio, aliquando vero illud afferit ex relatione presertim, ib.
- 165 Catholica Majestas misit per sua Regna precipue Gallicia Asturias & Oviedo personas fide dignas scientia & conscientia, ut recognoscerent beneficia suo Regio patronatu spectantia.
- 166 Principi quasi informato de facti veritate aliquid assertori est standum.
- 167 Principi assertioni standum est in antiquis, quibus fundatur in prejudicium tertii.
- 168 Principi assertioni jus patronatus ad se spectare, ex relatione tamen partis non est standum.
- 169 Verbum (ut accepimus) positum in gratia facta ad petitionem partis, ejus narrativa refertur, & non assertioni Principi.
- 170 Verbum (ut accepimus) appositum in gratia motu proprio facta non ad narrativam partis, sed Principi assertione refertur.
- 171 Verbum impersonale (at afferitur) non refertur ad impetrantem, & ideo ad ejus verificationem non astringitur.
- 172 De jure Regio patronatus si constat tempore Regie presentationis, ut dictum est, & ordinarius aliter conferat beneficium, propositio erit nulla, & appellatione esse deferendum, declarabitur in tribunali Regie.
- 173 Contradictor quando comparet in presentatione beneficij allegans suum esse jus patronatus, audiendus est in contradictorio iudicio, sententia fertur diffinitoria, & appellatio uerumque habet effectum in simplicibus, non autem in curatis.
- 174 Jus Regium patronatus non tractatur coram ordinario, sed in consilio supremo Camerae.
- 175 Exceptio juris patronatus Regii opposita quousque in Senatu Camera Regia terminetur, ordinarius tenetur super sedere in presentatione beneficij.
- 176 Ab ordinario procedente ad ulteriore presentatione beneficij interim dum in Senatu Regio de jure patronatus terminatur exceptio, appellatione emissio erit deferenda. Ab inordinario processu appellatione esse deferendum, etiam in judicis alias inappellabilibus, ibid.
- 177 Ordinarius non est cogendus instituere presentatum à Rege alio existere in possessione per longum aut longissimum tempus, donec per executoriales convincatur.
- 178 Beneficia de jure vacante ob privationem ipso jure, & non de facto, same si patronus queat presentare, non tamē possesso avocanda est donec convincatur, & declaretur.
- 179 Presentatus ab existente in quasi possessione juris patronatus, si iste evincatur, non erit avocandus à possesso.
- 180 Idem est quando lis vertitur inter duos collatores.
- 181 Lite mota inter Episcopum & patronum, vincente patrōno, & propositus ab ordinario removenter potest.
- 182 Lite vertente inter Rege & alium patrōnum patrōnum existente in quasi possessione vincere Rege, presentatus à putativo patrōno emovēdus est: & de ratione, ibid.
- 183 Lite pendente inter patronos electores aut collectores super possesse, vincens declaratur versus possessor, & ideo ab adversario presentatus seu electus erit indistincte removendus.
- 184 Citandus est Episcopus aut patronatus, & eisdem propositus ad item super spolio.
- 185 Evicto jure Regio patronatus possessor non est avocandus; nec presentatus mittendus in possesse, sed omnimodo sententia admittit supplicationem.
- 186 Appellatione à presentatione beneficij simplicis facta in contradictorio iudicio deferatur. Secus quando extrajudicitaliter, ibid.
- 187 Provisio Parochialis ubi sit facienda in contradictorio iudicio, prima sententia exequitur, si est vacans Parochialis, secus si non est vacans: & de ratione.
- 188 Juris regii patronatus cognitio tam super possessione, quam super proprietate, cui pertinet.
- 189 Juris patronatus tanquam spiritualibus annexi iudicii Ecclesiastico spectat cognitio.
- 190 Regii juris patronatus controversia tractatur coram Regie & ejus consilio Camera specialissima ratione.
- 191 Quod non solum Hispanie recipit sed & Regni Galliae, Anglia, Hungaria, & Apulia.
- 192 Concil. Trid. sess. 22. de reform. c. 8. ponderatur, disponens Episcopū non posse vitiare hospitalia & confraternitates que sunt sub immediata Regis protectione.
- 193 Concilium Regium non cognoscit de jure Regio patronatus in consistorialibus competente, de quo non dubitatur, nec ibi institutio aut collatio sit.
- 194 Regium consilium agit tantum de qualitate extrinseca Ecclesiae contenta in Bullis Pontificalibus, an beneficium sit consistoriale necne, quod est quid facti, non autem spiritualitatis.
- 195 Iudex secularis potest cognoscere, & terminare super donatione juris patronatus facta à laico, & ad illius implementum donatorem compellere.
- 196 Iudex secularis potest compellere promittentem donare jus patronatus, ut contractum adimpleat.
- 197 Iudex secularis poterit cognoscere de qualitatibus inherentibus ipsi donationi juris patronatus.
- 198 Controversias, qua solebant oriri inter consilium superium, & consilium Camerae super cognitione juris Regii patronatus. Catholica Majestas diremit per regias schedules, quibus inhibuit omnibus tribunibus excepto consilio Camerae.
- Provisiones Regis recensentur, quibus hęc juris Regii patronatus cognitione privative est reservata consilio Camerae, ibid.
- 199 Suprema Regia tribunalia non se intromittunt in cognitione per viam violentia facta ab ordinario Ecclesiastico, sed illam remittunt consilio Camerae.
- 200 & 201 Pro tollenda violentia facta à delegato superiori Ecclesiastico, ad quem appellavit presentatus à Rege ob denegatam institutionem, potest recurri ad quamlibet Cancelleriam, & de ratione, ibid.
- 202 Ordinario recusante instituere presentatum à Catholica Majestate recurrente ad consilium Camerae pro seconda iustificatione, an & quando cōcedi vel denegari solet.
- 203 & 203 Regium consilium Camerae jam hodie non solec expedire provisiones regias presentationis, nisi prius de jure patronatus Regio legitime doceatur, & quare. Ordinarius si provisionibus Regii presentationibus non obtemperet, quid faciendum.
- 205 Adversus ordinarios recensantes instituere presentatum à Catholica Majestate attende procedatur.
- 206 Ordinarius si non instituat presentatum à Catholica Majestate interim conquescat, aliter ab ejus propositio & processu appellatione interposita consilium Camerae deferendum declarabit.
- 207 Presentatus à Rege potest recusante ordinario instituere, recurrere ad Metropolitanum vel ordinarium viciniorum pro institutione nascenda.
- 208 Tempus nullum de jure communi reperitur propositum, si ordinarius instituat presentatum, sed tantum ad conferendum.
- 209 Ordinario bodie ex motu proprio Pii V. prefixus est terminus duorum mensium, ut instituat presentatum à patronis in Parochiali, aliter ad quem recurrit potest.

- 210 Terminus duorum mensium prescriptus ordinario ad instituendum, non currit a die presenti instrumenti nominationis per patronos, sed a die quo nominatus ab eis presentaliter se ordinario offert examinandū.
- 211 Ordinario non est appositus terminus ad instituendum vel confirmandum in beneficiis simplicibus, sed si id facere vel recuset, vel sit negligens, recurrerit ad superiorē qui terminum illi praefigit, ut instituat, &c.
- 212 Termino prefiso per superiorē ordinario, ut instituat, aut confirmaret, intra illud si labatur, potest ipse superior supplere, vel cōpellendo, vel institutionē faciendo.
- 213 Presentatus potest licet appellare ab ordinario negligētē instituere, & quid facere tūc poterit superior.
- 214 Appellari non licet ordinario, recusante instituere presentatum iusta tamen de causa mota.
- 215 Superior ad quem est appellatione ab ordinario recusante instituere iusta tamen ex causa, nec potest institutionē facere, nec ad faciendā ordinariū cōpellere.
- 216 Causa que iusta dicatur, ut ordinarius legitimē posse institutionem denegare.
- Patronus presentans indignum pro illa vice privatur presentatione, ibid.
- 217 Regium Camera Consilium recusante ordinario instituere presentatum à Rege, potest expedire secundum iustificationem presentationis cum relatione negligētē ordinarii, directum Metropolitanum vel ordinario viciniori ut instituat.
- 218 Praesentata à Catholica Majestate appellationis via quare inutilis & improbabilis videatur.
- 219 Defendit tamen & probabilis monstratur.
- 220 Ab Ecclesiastico iudice recusante impartiri suum brachium imploratum à iudice seculari, appellari potest ad superiorē, ut illum compellat.
- 221 Ecclesiasticus superior, ad quem presentatus à Rege appellavit à negligētē vel protervia ordinarii, non se intromittit in cognitione juris patronatus Regii, sed de gravamine.
- 222 Nuntii reverendissimi iurisdictio solet declinari, volentes cognoscere de jure patronatus Regio, aliter autem appellatio decernitur per Consilium Camerae legitima, vimque fieri & reponi.
- 223 Reges Hispanie sunt veri patroci Cathedralium prelatiarum, & Abbatiarum consistorialium horum regorum Hispania.
- Et que jure, ibid. & num. seqq.
- 224 Jus patronatus Regia Corona Hispania quibus rationibus Regibus competit, recenset lex parvita.
- 225 Regi Catholicō jus patronatus in consistorialibus beneficiis Hispanie fuit attributū Pontificum indulcis.
- 226 Regium jus patronatus dicitur jus regale, & inter cetera Principis regalia computatur.
- 227 Gotorum tempore electio Episcoporum pertinebat ipsi Regi Hispano.
- 228 Rex Hispania fuit redactus ad suum jus eligendi, quod prius habebat consensu & ordinatione Ecclesie universalis, & Prelatorum Hispania.
- 229 Regium eligendi jus variatum fuit, quia nuntiata Regi morte Prelati eligendi petebatur licentia per Capitula Ecclesie, quorū electio Regi presentabatur.
- 230 Regi absente nuntiatio predicta siebat ejus vice Regi. Plura iuri Canonici jura in proposito explanantur, ib.
- 231 Rex Catholicus bodie presentat Prelatos Ecclesiarum, cuius juri patronatus nihil detrahitur.
- 232 Regem Catholicum magno prosequi favore per Romanam Ecclesiam.
- Rex Hispania ob suum suorumque ministrorum maximam religionem majori fruitur potentia, quam ne mo hucusque fuerit asequitus, ibid.
- 233 Regii patronatus precipuum fundamentum est privilegium, quod habent Reges.
- 234 Privilegii Apostolici concessi Regi mentionē faciunt Bulle Episcoporum & pensionem super Episcopatibus.
- 235 Super Regio patronatu orta controversia Sixtus IV. concessis Regibus Catholicis perpetuo, ut ad Episcopatus eligerentur ab eo nominati & petiti.
- 236 Adrianus VI. concessit Carolo V. Imperatori nostro, & ejus successoribus jus presentandi Episcopos Hispania, qui antea providebatur ad supplicationē regū.
- 237 Rex noster invictissimus quot, qualesve Episcopatus & Archiepiscopatus provideat in Hispania, & extra illam remissive.
- 238 Principes omnes Christianae Religionis simile privilegium juris patronatus habent. Principes Christiani habentes jus patronatus suorum Regnum recensentur, ibid.
- Reges omnes de jure communi habere regium patronatum majorum Ecclesiarū sue ditionis, qui affirmant.
- 240 Origo, & principium presentandi Reges Episcopos, quod fuerit. Rex potest opponere Episcopum electum sibi esse suscep̄tum, qui probato, retractatur electio, ibid.
- 241 Regis interest nosse qui in suo regno Ecclesias sunt administraturi.
- 242 Joannes Igneus reprehendit afferens, Hispaniarum Reges habere hoc jus presentandi Prelatos ratiōne concessionis Caroli Regis Francorum.
- 243 Recensentur Doctores, qui ex Chronicis & Historiis falsum demonstrant Ignei assertiōnem.
- 244 Consuetudinem nominandi Prelatos per Hispania Reges stare, etiam ante nativitatem Caroli Imperatoris Francorum, ostendit.
- 245 Computatio temporum referunt, quam scripsit Camillus.
- 246 Computatio temporum descripta à Camillo Borelle in proposito referuntur.
- 247 Computatione qualibet admissa certū est ad minus 80. annos praecessisse Tolerantiam Conciliū Imperatorem.
- 248 Consistorialia beneficia duplice de causa ita dicta sunt. Consistorialia beneficia aliqua ita dicuntur, quia reperiuntur scripta in libris Camera inter consistorialia, non tamen illa providentur per Consistorium Papa, ibid.
- 249 Consistorialia beneficia ita vocantur, quia de eis disponit Papa, in Consistorio coram Cardinalibus.
- Consistorialia beneficia sunt monasteria virorum.
- 250 Prioratus, Abbatiae, & aliorum Regularium prefecturae virorum sunt consistorialia beneficia.
- 251 Beneficiorum consistorialium valor taxatus est in libro consistorialium, qui attendit in eorū imprestationibus.
- 252 Beneficiorum consistorialium, quoniam non reperiuntur scripta in libris Camera inter consistorialia, non tamen illa providentur per Consistorium Papa, ibid.
- 253 Beneficia consistorialia ac monasteria virorum Clemens VII. reservavit sibi excedentia ducentorum florenorum ari estimationem.
- 254 Florenus in Camera Apostolica in taxis capitulatur producato de Camera, & de vero Florenorum valore, & ejus varietate, remissive.
- 255 Consistorialia beneficia esse monasteria & prioratus virorum excedentia ducentorum Florenorum estimationem duntaxa afferentes, decipiuntur.
- Et de ratione, ibid.
- 256 Consistorialia beneficia aliquem valorem non requirunt, ut consistorialia dicantur, & quare.
- 257 Consistorialia beneficia non ideo esse definit prioratus & Abbatiae virorum, quamvis non reperiuntur scripta in libro consistorialium; & quare.
- 258 Consistorialia beneficium non confucissi provideri consistorialiter afferent, incumbit onus probandi.
- 259 Consistorialiter licet beneficium non provideatur, non definit esse consistoriale, si revera est monasterium virorum.
- 260 Beneficia multa sunt scripta in libro consistorialium, quae nihilominus consistorialiter non providentur.
- 261 Ecclesia si reperiatur scripta in Catastro Epis. inter Eccles. collegias, nihilominus collegiata non dicitur.
- 262 Signa quibus Ecclesia probatur aut presumuntur consistorialis, remissive.
- 263 Stylus Hispania obtinuit, ut nec aliquis valor atten-

- datur, nec descrip&io in libero Camere Apostolica, ut beneficium consistoriale dicatur si tamen naturam consistorialis habere, vel habuisse legitimè appareat.
- 264 Plures executoriales sententias, instrumenta, informations etiam per testes peritos, & curiales, tam Conciliis supremi & Camere, quam Cancellariarum recensuit Franciscus Gonzales de Heredia secretarius Camera in quadam amplissima & fidei per eum facta relatione.
- 265 Consistorialia beneficia prioratus & Abbatiae, que, & qualia denuo recuperata fuere per coronam Regiam recententur.
- 266 Jus patronatus in antiquis ex quibus conjecturis & presumptionibus probetur, remissive.
- 267 Catholica Majestas non indiget indicis & presumptionibus probationis juris patronatus, quia ipse non tractat de probanda illius prescrip&ione, cum satis sit probata sua intentio, & jus patronatus consistorialibus.
- 268 Catholica Majestas tractat duntaxat de probanda qualitate beneficii, an sit vel fuerit consistoriale necne, qua est longe minoris probationis.
- 269 Ecclesia, que habet arma Regia, vel alia similia signa regalia demonstrantia fuisse vel esse monasterium virorum, attendenda est ad novam recuperationem.
- 270 Arma in antiquis non parve sunt autoritatis ad probandum ejus patronatus.
- 271 Res eius esse presumuntur, cuius est signum & marcha.
- 272 Ex signo & marcha arguitur dominium ejus, cuius est marcha.
- 273 Artifex insignis potest prohibere, ne aliud suo signo utatur.
- 274 Epitaphiis seu literis descriptis in lapidibus antiquis fides adhibetur.
- 275 Jus patronatus antiquum probatur ex Epitaphiis & literis descriptis in lapidibus antiquis.
- 276 Epitaphium mentionem faciens de familia in antiquis probat legitimè.
- 277 Inscriptio in lapidibus & monumentis seu parietibus antiquis positis in loco publico legitimè probat, etiam in magnum prejudicium alterius.
- 278 Historiis & Chronicis maxima fides circa hoc adhiberi solet.
- 279 Jus patronatus antiquum probatur ex antiquis annalibus.
- 280 Casus de facto refertur, quo probatum fuit jus regium patronatus, ex eo solum, quod in libro quodam, quo erant Ecclesie scripta ad marginem cuiusdam Ecclesie reportata est scriptum (Regis est.)
- Nec in prefato casu potuisse possessori probari immemoriale in contrarium, ibid.
- 281 In patronatu Regio non currit prescriptio.
- 282 Libri antiqui probant, quando eis communiter creditur, vel sunt in loco, ubi duntaxat servantur authenticas scripture.
- 283 Majoratus bona non prescribuntur etiam per centum annos, ubi appareat evidenter de eorum principio, esse majoratus.
- 284 Bonae quandiu constat esse de platea vel exitu civitatis, sunt impræscrip&ibili.
- 285 Immemorialis prescriptio non suffragatur quantumvis legitimè probata; si appareat de iniquo principio invalido, & injusto titulo.
- 286 Immemorialis presumpcio cessat cum simus in claris, de ejusque principio clare appetat.
- 287 Immemorialis effectus cessat ubi constat de mala fide.
- 288 Regium jus patronatus donatum a Rege alicui pertineat, seu Ecclesia an retineat naturam regii patronatus.
- 289 Jus patronatus absolute donatum primæva natura variata regulariter juxta naturam donatariorum.
- 290 Jus patronatus origine laicali si aliquo titulo in Ecclesiam aut Ecclesiasticam personam sit translatum; efficitur Ecclesiasticum.
- 291 Papa concedens mihi castrum poterit contra me prescribi, quia mea possessio non est papalis.
- 292 Privilegium alteratur, & variatur per mutationem personarum.
- 293 Qualitas regia non transit cum re in donatarium privilegatum.
- 294 Regia jurisdictione licet ultra immemoriale prescribi non possit; tamen contra privatum, cui illam rex donavit ex privilegio, tempore ordinario prescribitur.
- 295 Rex an possit donare jus patronatus sibi à Sede Apostolica concessum in consistoriis, remissive.
- 296 Jus regium patronatus donatum non absolué, sed in feundum, cùm scilicet adheret castro aut villa in feudata; retinet naturam regii patronatus.
- Jus patronatus an & quando in feundum vel emphyteum concedi possit, vide remissive, ibid.
- 297 Causa à qua rei origo procedit attendenda est.
- 298 Quod contingit ex causa de præterito, ad tempus præterita causa referendum est.
- 299 Regium jus patronatus donatum, Ecclesia efficitur Ecclesiasticum.
- 300 Jus patronatus alicuius comitatus annexi Episcopatus, est Ecclesiasticum, & de ratione.
- 301 Cavedis reprobatur.
- 302 Jus patronatus spectans ad prioratum erit Ecclesiasticum.
- 303 Et etiam si prioratus sit juris patronatus laici, ubi legitima redditur ratio.
- 304 Forma providendi beneficia juris patronatus Ecclesiastici servatur in beneficiis pertinentibus presentationi alicuius ordinis militaris, & Regis, tanquam ejus perpetuo administratori.
- 305 Qua forma non servata in eisdem beneficiis tanquam patronatus Ecclesiastici appellationi erit interposita deferendum.
- 306 Juris Regii patronatus beneficio in alium statum eretto, an jus patronatus retineatur, vel admittatur.
- 307 Beneficii facta commenda Rector presentabit in vicaria perpetua.
- 308 Commenda facta alicuius beneficii, quod antea erat patronatus Regii, poterit Rex presentare vicarium perpetuum.
- 309 Res obligata, si transit in aliam formam reducibilem ad primam materiam, non extinguitur jus pignoris competens in ipsa prima materia.
- 310 Res transit cum sua causa, & suo onere.
- 311 Privilegium realia per alterationem rei non perduntur.
- 312 Privilegium competens prioratu eretto postea in Cathedram non amittitur, sed retinetur.
- 313 Possessio conferendi dimidiis portiones in aliqua dicēsi trahitur ad alias portiones noviter erectas ejusdem speciei.
- 314 Privilegium percipiendi decimas ex aliquo fundo, si varietur modus feminis & fructuum, conservatur in eis privilegium.
- 315 Consuetudo solvendi decimam ex tritico fundi procedit, si feminetur milium.
- 316 Prescribens in terra certas decimas, videtur quoad omnes illius terra fructus prescriptisse.
- 317 Res empta ex pecunia redacta ex re majoratus, in ejus locum subrogatur cum omnibus qualitatibus primordiis majoratus.
- 318 Ecclesia tunc Parochialis si appareat aliquando fuisse monasterium virorum & consistoriale, recuperatur jus patronatus Regum.
- 319 Lex Regia refertur, qua revocantur donationes juris Regii patronatus facta per Regem Henricum, & aliorum Regum.

¹ MUltoties, oriuntur violentiae circa provisiones beneficiorum juris Regii patronatus ob denegatam praesentato institutionem, aliisque variis causarum figuris in discussu videndis, & primitus an appellatione emissa per procuratorem fiscalem à provisione facta per ordinarium spreta Regia Corona, Caesareaque Majestatis præservatione neglecta, non deferens ordinarius, vim faciat. In quo duo sunt causas distinguendi, nam ut loquimur in provisione illius beneficii, in cuius præsentationis quasi possessione, & ultimo statu Regia reperitur Majestas, secundum tenorem cap. consultationibus de jur. patr. & tunc dubium nullum nobis esse potest, ut vis fiat plus quam notoria, cùm appellatio licita sit, quoniam provisio per meram collationem est ipso jure, text. in d. c. decernimus 16. q. 7. & ex his qua latè in ejus comprobationem & intellectum adduximus supra c. precedentem à num. 129. cum seqq. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 10. art. 8. n. 1. & per totum.

Sed pro Cesareæ aut Catholice Majestatis intentione multa efficacissima, specialiaque fundamenta urgent, quæ causam & principium ipsius præscriptionis impediunt; dum statutum ipsum, ac quasi possessionem ex adverso oppositam, inficiunt, atque repugnant, iusque patronatus in talibus beneficiis Regie Coronæ pertinentis ex summorum Pontificum concessionibus, & privilegiis conservant, atque defendunt, & ista Bullæ, & privilegia, sunt alia Pontificis Adriani VI. Clementis VII. & Pauli III. ut clarissima dicenda pateant, verba sunt inferenda Bullæ Adriani VI. cuius clausula ita ait.

Decernentes jus patronatus; & præsentandi, hujusmodi illius omnino nature & vigoris existere, cuius patronatus Regium ex dotatione existit, & quascumque provisiones, commendas, administrationes, uniones, ac dispositiones, tam de vacantibus, quam de vacaturis, eriam per viam accessus, & regressus, vel alias quomodolibet, etiam de consenu illas, vel illa pro tempore obtinientum, & de Ecclesiis, & Monasteriis prædictis absque presentatione, aut expresso consensi vestrorum, aut dictorum successorum vestrorum, per nos aut Romanos Pontifices, successores nostros, & fedem predictam quomodolibet de cetero faciendas aut pro tempore factas; & quascumque literas Apostolicas desuper quomodolibet pro tempore confectas, etiam quacumque derogationes quorūvis juriū, præsentandi seu nominandi, etiam cum quibusvis efficacissimis, & prægnanissimis clausulis in se contentis nullius roboris, vel momenti existere. Vosque ad dictos successores vestros, seu vestrum aliquem illis nullatenus parere debere, & ob non partitionem hujusmodi aliquas etiam in eisdem literis contentas censuras & poenias nullatenus incidere posse.

Ac præsentes literas, & in eis contenta quacumque valere, plenamque roboris firmitate obtinere, ac perpetuè inviolabiliter observari debere, in omnibus, & per omnia, ac si de unanimo Cardinalium consilio, & consenu consistorialiter, ut moris est, servatis quibuscumque servari præstatis emanassent, & quacumque ad illorum validitatem, efficaciam, & perperitatem quomodolibet requisita formaliter, & individue, nihil omissa, intervenissent, ac observata & facta fuissent.

Et si per quoscumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta authoritate fungentes judices, & personas ubique judicari, cognosci, arque decidi, debere substatæ eis, & eorum cuiilibet, quavis aliter judicandi & decidendi facultate, nec non irritum, & inane, quidquid fecus super iis à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignorantiter contigerit attentari, perpetuè decernimus.

Hactenus de clausulis dictæ Bullæ, que ut vides, ex enixa & exorbitantes sunt, & extraordinarie, ex

quarum